



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 179. Moravia, Stiria, Austria & vicinæ Regiones a seditiosis militibus
devastatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. pulsi. Nihilominus Fogatsius & St.
A.C. 1605. phanus Illishascius primarius Hunga-
 riæ Regulus Viennam ad Mattheum
 Archiducem, quem Hungari sibi in-
 gem deposcebant, profecti de pacis con-
 ditionibus agere cœperant, tota inter-
 rim Transylvania & Moldaviæ ac Va-
 lachiæ Proceribus in Botskaii verba
 jurantibus.

§. CLXXIX.

*Moravia, Stiria, Austria & vicinæ
 Regiones a seditionis militibus
 devastatæ.*

Thuan. t. c. Jam die vigesima quinta Martii tumul-
Sleidan. tuantes Pannonii datis ad Bohemiam,
contin. l. II. Silesiæ & Moraviæ Proceres literis sum-
Mercur. a Cæsare ad Turcas defectionem, ne-
Gallo Bel. t. 5. p. 336. non sœviendi libidinem sectæ sue de-
 pressæ obtentu tegere, atque excusare
 nitebantur, contestatione facta, quod
 coacti ad arma pro juribus Regni &
 tuenda conscientiarum libertate deve-
 nerint, nullatenus autem contra Chris-
 tianos Principes (sed verius pro Lutheri
 & Calvini Sectatoribus) sed adverios
 Pontificis tyrannidem, ejusdemque
 mancipii Regis Rudolphi, qui ejus iudicio
 ipsos exterminandos suscepisset, bellum
 gerere compulsi fuissent: His literis fat-
 luculenter declarabant, quod unice
 sectæ

XXV
x St-
Hunga-
attiam
i infe-
is ca-
a int-
ac Va-
verba
icinæ
s
umul-
eme,
fum
ne-
e de-
cufare
quod
qui &
deve-
Chri-
atheri-
erius
nquo
juda
ellum
is fat
unice
lectæ

sectæ suæ fanatico abrepti, fidem le- Sæc. XVII.
gitimo suo Principi juratam violarint, A.C. 1605.
nullum alium in Regem suum agnosce-
re parati, nisi qui Papam Tyrannum,
& Antichristum nominare auderet. Ab-
jecto igitur omni humanitatis sensu re-
belles conjunctis Turcarum copiis ad
lacum Balatonium, & alibi quamplu-
rimos pagos flamma ferroque misere
devastarunt, funestissimis ubique cru-
delitatis hactenus non auditæ relictis
vestigiis: nec hæc erat prima cædes,
quam eis sectæ suæ furor instillabat;
quippe in Stiriam irruentes illam vici-
niam longe lateque continuato sæviendi
ardore emetiebantur, cunctosque etiam
Proceres, quos Ecclesiæ Romanæ ac
Cæsari adhuc addictos noverant, in
Botskai fidem, vel sectæ suæ societa-
tem armata vi compellebant: inde in
Austriam progressi in incolas pari sæ-
vitia debacchati sunt, ac nonnunquam
uno eodemque tempore quindecim vel
sexdecim pagos incenderunt, plurimas-
que urbes deprædati non cædibus, non
ætati, non formæ, sexuique peperce-
runt, sed uno miscentes interitu obvios
Quosque aut misere trucidarunt, aut a-
cerbis affectos verberibus in servitutem
abstraxere. Sic afflictis turbatisque re-
bus ab ipsis malis aliquod malorum le-
vamen quærere, vel pacem caro
licet

Sæc. XVII. licet pretio emere, vel bellum novum
 A.C. 1605. foederibus initis redintegrare opportebat, id suadente ipsa publici communiisque periculi necessitate, quæ ipsam etiam brutas animantes societatem quodam adstringere solet.

S. CLXXX.

Turcæ a Persis profligati.

*Sagredo
Mem. hist.
ad hunc ann.
Calmet hist.
univers.
lib. 153.*

Hæc dum in Hungaria geregabantur, Persæ in Ottomanici Imperii fines vicitricia sua circumferebant arma; hic enim Cicalam Turcarum Belliducem, quem Achmetes novus Imperator denuntiato bello cum valido exercitu in Persidem decreverat, tanto impetu oriebantur, ut Turcæ ruptis ordinibus pedem præcipiti fuga referre cogeretur, hosti relictis omnibus belli tormentis, cunctisque sarcinis. Hac clade territus Cicala Sultanum impense rogabat, ut Alepum vel Damascum progressus sua ipsius præsentia militum annos erigeret: cum autem Achmetes ad hasce preces surdas præberet aures, paulopost die vigesima quinta Novembris Cicala rursus prope Taurifum in Persarum copias numero longe inferiores incidit, brevique res ad prælii necessitatem devenit: atrox utrinque ac in integrum diem protracta pugna, æquato